

www.e-rara.ch

**Theatrum chemicum, praecipuos selectorum auctorum tractatus de
chemiae et lapidis philosophici antiquitate, veritate, iure, praestantia, &
operationibus, continens: in gratiam verae chemiae, et ...**

Zetzner.

Ursellis [Oberursel im Taunus], 1602

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8511>

Antiqui philosophi Galli Delphinatis anonymi liber secreti maximi totius mundanae gloriae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Antiqui
PHILOSOPHI GALLI DEL-
phinatis anonymi

LIBER

SECRETI MAXIMI TOTIVS

mundana glorie.

IN minimis implorandum est diuinum auxilium. Quid ergo, fili charissime, in arduis, & maioribus huius mundi facere debemus? Et cum ita sit quod intentio nostra veretur circa maxima, & maiora mundi arcana, vt infra syllogistice demonstrabitur propterea inuocatio Dei, Patris Domini nostri Iesu Christi, immensam bonitatem, in ipsius & seruatoris nostri nomine, spiritu suo nos ducente auspicabimur. Anno 1447. die lunæ mensis Ianuarij 7. in crastino iocunditatis assuetæ in regno nostro fieri, vt moris est apud nos, letari, in commemorationem illorum fidelium regum, qui nostrum Dominum & seruatorem lato animo ex diuersis partibus in vnum locum adorauerunt, decreui calamo depingere, & secreta manifestare quæ sub velamine, & quasi in desperata forma consueuerunt tradi. Tali modo tamen vt ingeniosi, & his introducti, possint in hoc opusculo proficere, & gloriam mundanam totaliter acquirere. Hortor autem vos, ne gloriam sempiternam, pro rebus à vobis leuiter transigentibus, relinquere velitis: scientes, corruptibilia queque, pro incorruptilibus relinquere debere. Hoc præfato, in utilitatem omnium fidelium Christianorum, præcipue D. nostri Regis Ludouici, serenissimæque Domine Regine, eius consortis, ac filij eorum, Domini mei Delphini primogeniti, dicimus Planetas septem esse, dies septem, metalla septem; licet, quod ad me attinet, ego tantum sex numerem, nimirum quæ sub malleo extenduntur. Hæc, & illa nota sunt, & hæc, ab illis denominatur ob influentiam & participationem inter se. Mercurius autem non est proprie metallum, sed principium metalli, & quod est principium alicuius, non est ipsum totum: Mercurius autem est eis pro materia, sulphur vero pro forma. Nos vero vidimus corpora metallica, oculata fide, resoluta in Mercurium, & multiplicata in illo; at nunquam Mercurius erit metallum, nisi coagulatus fuerit virtute sulphuris: sulphureitatem autem capimus pro omni calo-
re na-

re naturali. Si vero adueniat ipsi Mercurio, aliud sulphur a suo proprio, ex quo fuit ab initio, necne, vt inde fiat metallum non est presentis speculationis. Nota tamen, fili mi, quod qui metallum cupit perficere, metallum conspiciat oportet: & hæc disce, nota, & sæpius reuolue, nam in hoc dicto stat consideratio rei. Generatur autem lapis noster ex patre & matre, & eius sperma est aqua serena non madefaciens per longum tempus ascendit vir super feminam, in colore nigro, & illud corpus nigrum accipiet aquam eiusdem naturæ, & fugit & fluit per processus temporis & saluabit infirmos ab omni infirmitate. Datum in camera parlameti Hermetis, & Rubei ponderosi partem vnã, albi in sua subtilitate partes tres, aquæ serenæ partes quatuor. Lapis componitur ex igne & igne per calorem, & ex cocto & crudo, & ex igne rubeo & albo, & ex igne fluente & firmo, seu compacto, & ex sulphure & Mercurio, & ex aqua incombustibili. Vel ex aere, & igne: vel ex igne, aere, aqua, & terra simul, & multis alijs & infinitis modis potest dici. Et tamen non dico tibi mendacium sicut alij fecerunt, qui de arsenico, & auripigmento, de aluminibus, salibus, vel animalibus, atramentis, & infinitis alijs phantasticis rebus locuti sunt, quæ falsa & vana penitus cognoscuntur esse. Meditari fili sapientiæ & inuenies veritatem. Ego te celauit nomen vulgare, propter duas causas; vna est, vt si quis per hunc meum libellum male agat, ego possim me apud Deum excusare, & dicere quod secretum non reuelauit nisi sapientibus & vere dignis. Alia causa est, quod ceteri philosophi satis in suis libris nominant & regimen celant. Regimen manifestabo, & tibi sufficiat. Quod si lapidem non intelligas ex teipso per rationes naturales, & per verba philosophorum, prætermittendo omnes res quæ præter naturam sunt, non es dignus vocari philosophus, neque debes nobiscum philosophari. Hei vobis phantasticis, laborantibus in hac arte, qui vultis seminare fabas, & colligere oleum balsami, & ex stercorebus facere aurum potabile. Væ vobis grossis capitibus qui vultis de Ouis, & sanguine, & alias mille trufis aurum generare: Aurum loquitur, & dicit, Maledicantur qui nobilissimam meam formam vilipendunt. Ego sum nobilissimum ens, & omnes influentiæ cæli in vnu conuenerunt ad meam generationem per mandata Dei omnipotentis, & ego sum opus naturæ perfectæ, & sum natura

tus sine adulterio, & isti pl
 spurium & bastardum voc
 incorruptibilis, & filius
 mea est totum meum co
 ruptibile reperiri potest,
 me, & substantiam mea
 possunt ipsi creare filios
 consilio meo, nequaqu
 um igneum iactauro in
 gneo: verum, confiteor p
 qua me prius in suo ven
 care filios meos, & cum
 liter amplexari, vt ex ea,
 gmentare, & multiplica
 lana. Et dicit Arnaldus
 lecto ponas cum filiis, v
 piet aliquantulum dele
 spuratione Solis, ad Me
 cum? Ego sum Domin
 Dixit Mercurius verun
 tus, respectu mei, & ni
 stitiam. Ego vero spirit
 scoudita, & qui me iun
 debet, habebitque ser
 sceret quotidie mille n
 go sum illud viuificans
 mundi mirabilia. Di
 tia mea multiplicetur
 Luna viua, argentum
 in ventre suo: ventus,
 aeris est. Hæc Herm

ea quod ex matre, & filio generentur: Nam, hoc eis est
 permiffum per omnipotentem Deum. Et ipsum aurum est
 solus agens, & mater sua est sola patiens, apta nata ad mul-
 tiplicationem suorum indiuiduorum, in sua specie. Nonne si
 solus filius esset in natura humana, & sola mater, permitte-
 retur quod generarent sibi similes, quod necesse esset multi-
 plicare genus humanum aliter totus mundus perderetur? Ho-
 norate Regem nostrum, & suam matrem, & nolite eos in
 tuo concubitu vilipendere. O vos impij qui hoc secretum vilipen-

obæcati, me
 Ego vero sum
 s substantiæ
 aliquid cor-
 ruptibilibus
 e; quomodo
 e consensu &
 go semeni me-
 te, albo, & i-
 um matre mea
 ueui multipli-
 ri, & amicabi-
 mihi similes au-
 eius Sol, mater
 ipias, & eam in
 & quando inci-
 a extingue. In di-
 disputabisne me-
 r ignem patiens.
 enui, & tu es aua-
 propter tuam du-
 latet sapientia ab-
 meo, viuet & gau-
 um, adeo vt si pa-
 on indigeret. Et e-
 in me sunt omnia
 cesse est vt substan-
 ea. Mater mea, est
 ortauit eum ventus
 est, Mercurius, quia
 probantur, propter-

re n
suo
lum
quo
port
cto
tre &
per l
nigr
tura
mos
meri
te pa
tur ex
gne r
& ex
aere,
alijs
mend
gmen
& infu
vana p
uenies
causas;
ego po
non re
quod e
men ce
lapiden
per veri

præter naturam lunæ, non es dignus vocari philosophus, neque debes nobiscum philosophari. Hei vobis phantasticis, laborantibus in hac arte, qui vultis seminare fabas, & colligere oleum balsami, & ex stercorebus facere aurum potabile. Væ vobis grossis capitibus qui vultis de Onis, & sanguine & alias mille trussis aurum generare: Aurum loquitur, & dicit, Maledicantur qui nobilissimam meam formam vilipendunt. Ego sum nobilissimum ens, & omnes influentia cæli in unum conuenerunt ad meam generationem per mandata Dei omnipotentis, & ego sum opus naturæ perfectæ, & sum na-

niat ipsi Mercurio, aliud sulphur à
b initio, necne, vt inde fiat metal-
peculationis. Nota tamen, fili mi,
perficere, metallum conspiciat o-
, & sapius reuolue, nam in hoc di-
Generatur autem lapis noster ex pa-
a est aqua serena non madefaciens.
endit vir super feminam, in colore
gram accipiet aquam eiusdem na-
rocessus temporis & saluabit infir-
Datum in camera parlameti Her-
partem vnã, albi in sua subtilita-
æ partes quatuor. Lapis componi-
rem, & ex cocto & crudo, & ex i-
ne fluente & firmo, seu compacto,
, & ex aqua incombusibili: Vel ex
tere, aqua, & terra simul, & multis
otest dici. Et tamen non dico tibi
erunt, qui de arsenico, & auri pi-
libus, vel animalibus, atramentis,
is rebus locuti sunt, quæ falsa &
tr esse. Meditari fili sapientiæ & in-
elauit nomen vulgare, propter duas
r hunc meum libellum male agat,
n excusare, & dicere quod secretum
ibus & vere dignis. Alia causa est,
tis in suis libris nominant & regi-
ifestabo, & tibi sufficiat. Quod si
& teipso per rationes naturales, &
, prætermittendo omnes res quæ

9000

60457

tus sine adulterio, & isti phantastici, & nouelli obœcati, me
 spurium & bastardum vocant, & me ignorant. Ego vero sum
 incorruptibilis, & filius solis, & minima pars substantiæ
 meæ est totum meum continens, nec in me aliquid cor-
 ruptibile reperiri potest, & tamen isti, ex corruptibilibus
 me, & substantiam meam volunt multiplicare; quomodo
 possunt ipsi creare filios mei similes, absque consensu &
 consilio meo, nequaquam fiet, quousque ego semini me-
 um igneum iactauero in sanguine meo fluente, albo, & i-
 gueo: verum, confiteor peccator sum, quod cum matre mea
 quæ me prius in suo ventre portauerat, consueui multipli-
 care filios meos, & cum ipsa consueui delectari, & amicabi-
 liter amplexari, vt ex ea, & per eam possim mihi similes au-
 gmentare, & multiplicare, iuxta illud: Pater eius Sol, mater
 Luna. Et dicit Arnaldus, Matrem puram accipias, & eam in
 lecto ponas cum filijs, vt ibidem delectetur, & quando inci-
 piet aliquantulum delectari, in aqua frigida extingue. In di-
 sputatione Solis, ad Mercurium, dicit Sol, Disputabisne me-
 cum? Ego sum Dominus lapidis, & insuper ignem patiens.
 Dixit Mercurius verum dicis. Sed ego te genui, & tu es aua-
 rus, respectu mei, & nihil vis largiri de tuo propter tuam du-
 ritiem. Ego vero spiritualis sum, & in me latet sapientia ab-
 scondita, & qui me iunxerit filio, vel fratri meo, viuet & gau-
 deret quotidie mille millia hominum, non indigeret. Et e-
 go sum illud viuificans, & mortificans, & in me sunt omnia
 mundi mirabilia. Dixit autem Sol, Necessè est vt substan-
 tia mea multiplicetur in ventre matris meæ. Mater mea, est
 Luna viuua, argentum viuum, iuxta id: Portauit eum ventus
 in ventre suo: ventus, id est, aer, Aer, id est, Mercurius, quia
 æreus est. Hæc Hermes. Nec filij tales reprobantur, propter
 ea quod ex matre, & filio generentur: Nam, hoc eis est
 permissum per omnipotentem Deum. Et ipsum aurum est
 solus agens, & mater sua est sola patiens, apta nata ad mul-
 tiplicationem suorum indiuiduorum, in sua specie. Nonne si
 solus filius esset in natura humana, & sola mater, permitte-
 retur quod generarent sibi similes, quod necessè esset multi-
 plicare genus humanum aliter totus mundus perderetur? Ho-
 norate Regem nostrum, & suam matrem, & nolite eos in
 tuo concubitu vilipendere. O vos impij qui hoc secretum vi-
 lipen-

lipenditis! qui absque aliqua mora, & patientia nos comburitis igne violēto, & creditis nos annihilare? sed certe, quia non timemus rigorem vestrum, nec timemus ignem, quia de natura sua sumus. Dixit itē Sol matri suæ, Isti sophistę nos separant ab inuicem, & nos impediunt à generatione nostra, quia tu mater, habes certas alas, & pennas, mirabiles, & subtiles, & de leui me dimittis, & volas a me, ne tuę penę comburantur, tuam tamen substantiam facies quiescere paulatim & paulatim. Ego vero sum grossus, & ponderosus, sicut ursus, & non possum bene currere, nec habeo alas ad volandum, quia compactus sum, quapropter non timeo ignem. Aduertendum tamen est maximum secretum, & incredibile, quod si per longum tēpus starem cum matre mea, in lecto delectationis, id est, in calore ignis. Certo ipsa me secum portaret totaliter, & nihil de substantia mea inueniri posset, si sibi violentia fieret, quia multum fortis est & terribilis, quando est in ardore amoris, propterea dicitur acerrimum, aqua fortis, venenum tingens, lac virginis, fons vitę, & ignis comburens magis quam ignis, & per violentiam nostrę coniunctionis efficior volatile corpus & spirituale, ac totaliter reuertor ad naturam meam primam: & tunc completur quod dicitur: Sciant alchemistę, species rerum transmutari non posse, nisi prius reuertantur ad naturam primam. Et certe filii, in hoc precioso opere, vt Morienus ait, Si scirent, aurifabri quid habent præ manibus quando deaurant, multum lucrarentur. Meditare, filii, & intellige, quia aliter nõ possumus de hoc opere loqui nisi parabolice, quę dicta sunt, per me sapius visa sunt, & propterea scio quod vera sunt. Materia immediata lapidis, est sulphur, & Mercurius, nõn talis qualis inuenitur, vnde natura creauit aurum. Sed id quod nunc in eo est, quod ars imitatur naturam in quantum potest. Maiora dico quam credebam dicere, sed non me pœnitet, quia non loquor nisi amicis meis, & filiis scientiæ. Dicunt philosophi quod aurum nostrum, non est aurum vulgi, & multum bene loquantur, sed male a legentibus intelliguntur. Ecce & similiter de Mercurio philosophi dicunt quod non est vulgi. Filii aperi cellulam tuam intellectus, ac nota, quod sulphur nostrum aurum est purum, mercurium, sincerum, & rectum, & dicitur apud nos argentum vitium coctum, & est filius ignis, & ex purissima substantia Mercurij

rarij sumpsit originem; & cum videtur virtus eius, non intel-
 ligitur nisi à nobis, ex materia vnde generatur. Homo, non
 est hic homo, nec hoc frustum hominis generat hominem:
 sed est quædam virtus agens huius vel huius hominis, & talis
 virtus est inuisibilis, propterea dixerunt quod materia lapi-
 dis nostri non est aurum vulgi, videlicet illud quod videtur,
 illa prima massa tota aurea, ille denarius aureus, vel illa ac-
 cidentia quæ videntur, non perficiunt lapidem nostrum, sed
 certa virtus in talibus existens, hoc perficit. Nec vnquam fu-
 it possibile, nec erit aliter, vt dicit Auicenna, reperitur ma-
 teria illa in illis, in quibus est. Item dicit, Si Solem, & Mer-
 curium non viderem, dicerem scientiam istam esse falsam:
 quasi dicat, si nullum granum frumēti esset in mundo, dice-
 rem multiplicationem grani esse falsam, & tamē non intel-
 ligas, quod granum hoc frumenti quod videtur, videlicet il-
 la grossities grani, vel durties, vel illa accidentia, quæ viden-
 tur, generēt grana, sed virtus latens in dicto grano, hoc facit,
 quod nisi cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum
 manet. Intellige hæc omnia in tuo intellectu separata & non
 grosso modo, vt litera dicit. Relinquitur ergo quod substantia
 intrinseca, est illa quæ operatur, & per consequens sequitur,
 vera esse philosophi verba quando dicit aurum nostrum non
 esse vulgi, id est, quod videtur, palpatur: sed est quædam sub-
 stantia magis subtilis quæ ab ipso extrahitur & in ipsa later.
 Lapis igitur noster fit ex sulphure fixo, rubeo, pōderoso, in-
 combustibili, & ex substantia Mercurij recentis, crudi, puri,
 & similiter philosophi dicunt quod illud argentum viuum
 quoque capitur pro sulphure nostro. quod etsi vocatur sul-
 phur, non tamen sulphur est, sed ita vocatur propter pro-
 prietatem agentem quam habet: nihilominus, non est aliud
 quam argentum viuum coctum & inspissatum per naturam,
 & in tali inspissatione, sulphur naturæ sibi occurrit, quod
 sulphur dicitur substantia aurea, id est, virtus aurea, & facit
 ex Mercurio, merum aurum per præceptum naturæ, nec ta-
 liter sulphureitas minuit substantiam Mercurij, nec com-
 buritur per ipsam, immo partes eius homogeneæ, per ta-
 lem virtutem sulphuream igneam, coadunantur magis, ac
 magis, aliqua post aliquas, & efficitur per longum tempus
 corpus durū & compactum. Tale corpus potest dici sulphur,
 & Mercurius, & quod tale argentum viuum coctum est no-

bis necessarium, propterea dicimus sepius, quod non est Mercurius vulgi. Considerandum est etiam, sili, quod tale argentum viuum, seu sulphur, non operatur per se, quia simile non operatur in suo simili, & par in parem non habet dominium. Necessè est igitur vt adiuetur per aliud argentum viuum crudum, mundum, & aereum, quia illud est per quod nostrum sulphur fixum, & argentum nostrum viuum coctum naturaliter superabuntur ab inuicem vt inde multiplicentur in suo humido radicali in infinitum, iuxta illud: Cui natura est calida, & sicca, & cocta si frigidum, humidum, & crudum aduenit non nocebit: quia sicut minimæ partes terræ sicca superatur per appositionem aquæ, & per bonam mixtionem vt patet in opere figuli, similiter terra nostra, vel sulphur nostrum diuiditur in minimas particulas, per minimas partes, cum ingrossatur per appositionem aquæ suæ, videlicet Mercurij crudi, mundi, & ex minera extracti; quia ipsum argentum viuum est perforatiuum & penetrans in infinitum magis quam aquæ fortes sophistarum à quibus debes cauere. Secunda ratio quare Mercurius non est vulgi, est ista, & similis, sicut diximus de auro vulgi, quod illud quod videtur non est proprie materia lapidis, similiter argentum viuum; prout videtur à vulgo, est multum volatile, mobile, frigidum & humidum, & album; & tamen in abscondito est calidum, & asperum, & terribile; & rubrum probatur, quod, vt superius dictum est, est ignis albus, & corpora metallica per eum funduntur & liquantur citius multum quam per ignem fusionis vt patet per experientiam; item in rubrum conuertitur per regimen nostrum: item fixatur virtute sua cum adiumento sulphuris nostri, id est, ignis nostri. Idem ipsum est opus naturæ, & virtutes eius non videntur propterea non cognoscuntur à vulgo.

Qualis debeat esse fornax.

Domus vel locus erit in certa camera secreta ad hoc ordinata, nec ventus, aer, & pluuia possint magisterium annihilare, in loco non nimis alto, sed passo, vel mediocri. Sit fenestra satis ampla, quæ respõdeat supra furnum, vt tempore necessitatis sitas possis videre actiones, cognoscere colores in opere apparetes; & erit furnus ad hoc aptus in dicto loco, & pes, seu fundamentum furni, 4. pedum in quadratura, & in altitudine vnus

vnus pedis, vel plus. Sic craticula ferrea in medio rotunda, & quatuor viae in cruce venticulares, correspondentes ad dictū furnum, ab extremitatibus ad dictam craticulā, & in vno angulo dicti furni erit vnus canale satis grossum, semper carbonibus repletum, altum ad quantitatem vnus cannae, vel quinque pedum, vel plus aut minus correspondens ad craticulam, & in circumferentia craticulae erunt quatuor capellae terreae ad formam alembicorum. Et in medio erit vna capella, ad modum altarum tamen stabit in aere, & aliae quatuor erunt super fundamentum, sicutque ignis vt dicetur, & os furni erit in oppositione ad canale videlicet in angulo, eruntque instrumenta necessaria ferrea ad mundandum craticulam & ad cineres extrahendos.

Est autem regimen vnum, videlicet vt ponatur in suo vase & in suo furno, & coquatur iugiter sine intermissione. *R.* Mercurij optimi libram vnā, & ponatur in mortario cum sale grosso, & aëro optimo, & incorporetur ad modum pastae, deinde cum aqua calida torando viuifica, & fac bis aut ter vt eius nigredo pereat; de mō fac transire per corium, & transibit ad modum lactis. Deinde in vnciam vnā sulphuris nostri, impone vncias quatuor Mercurij, in vase vitreo sigillo Hermetis sigillato, deinde collocetur in suo furno secteto, & ibidem accendatur ignis, & multiplicatur, & crescit, efficiturque fons sapientiae currens. O bene dictum! mare sapientiae fluit & refluit; bullit, & quiescit, & si velis secure agere, semper cum patientia agito, & continua, & non te tædeat, non est fedinandum nec ab opere cessandum, donec rotum ad modum sicci lapidis formam assumat: Nam sulphur fixum cum curium, coagulans coagulatum, naturaliter coagulat sicut Mercurium, per longam & frequentem sublimationem super ipsum. Custodi ergo hæc scilicet terram & aquam, quia cum aqua miscetur cum terra, eam absorbet sua siccitate, & inspissat sua tenacitate, & facit eam sibi similem sua grossitie, quia omne siccum naturaliter appetit suum humidum, idcirco talem dampnum & temperamentum dicitur esse in magisterio philosophorum; & natura præterire mortum non poterit, nisi impedita fuerit per festinationem, fac igitur vt omnia soluantur, & caue ne spiritus fugiant per violentiam ignis, quia totū perderetur magisterium. Scias fili carissime quod totum nostrum magisterium nihil aliud est, quam facere rectam solutionē &

LIB. SECRET. MAXIMI.

perfectam congelationem. soluite lapidem nostrum postea congelate, & nihil plus queratur. Humiditas nostri lapidis desiccatur paulatim & ex assuefactione in suo igne. In lapide nostro non sunt nisi duo, & sunt vnus naturæ: vnum est siccum, & firmum incombustibile: aliud est humidum volatile & incorruptibile, propterea necesse est, quod ista duo temperentur ad inuicem, vt vnum non dimittat alterum. Quod si velis dare calorem ad æqualitatem rei fixæ, res volatilis minime posset expectare, & si velles dare ad æqualitatem rei volatilis, res fixa semper hebetaretur à frigiditate alterius, & nunquam perficeretur opus. Necesse est dare calorem ad æqualitatem rei motæ, videlicet totius compositi, vt omnia soluantur, & fiat vna aqua permanens, propterea coque, coque & iterum coque; & ne te tædeat longa decoctio, esto longanimis, patienter & cõtinue, & soli complemento infistas, cætera prætermittens. Primus color lapidis nostri post longam continuationem, quando incipiet coagulari, erit niger, & deinceps rabis per quadraginta dies, & tunc efficietur lapis albus, & tunc Sol operabitur cum sulphure suo albo, Mercurium conuertens in Lunam puram; & si maiorem habuerit conuertens in aurum optimum, & per hoc perpendere debes, quod Sol est corpus hermaphroditum, id est, in se continens duas virtutes, Lunarem & Solarem, quod aurum prius fuit argentum, quam aurum. Nota tamen, quod cum materia nostra fixa est ad album, nunquam potest destrui per ignem, & propterea potes ei dare ignem quantum volueris, quia semper meliorabitur eius tinctura in infarctum, & efficietur rubicundissima, velut sanguis adustus vel syrupus granatorum. Si illa volueris multiplicare cum fermento, vnde fuit à principio, & totum conuertetur in triginta diebus in medicinam puram albam, aut rubeam secundum quod fuerit fermentum. Ex decem cuiuscunque metalli, & erit aurum purum vel argentum purum. Iterum capies vnam vnciam, & proicies super illud iam conuersum, & erit medicina pura. & toties reiterabis quoties medicina fluert, sicut cera vel oleum: & tunc dicitur fluuius paradisi, thesaurus totius mundi, & secretum absconditum.